

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Benedictus Meierus

Disputationum Physicarum Vicesimaprima. De Animalium Partibus

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736954>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742736954/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736954/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12.99

35 1717



*Disputationum Physicarum,
VICESIMA PRIMA.*

DE
ANIMALIUM
PARTIBUS.

Quam

Divina adspirante gratia

In Inclita Academia Rostochiensi


SUB PRÆSIDIO

M. **GEORGII MEIERI**
Duderstadensis Saxonis.

Tuebitur

BENEDICTUS MEJERUS
Gard. Eidorast. Holz.

Ad diem 28. Iulij horis & loco consuetis.



Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.

DE ANIMALIUM PARTIBUS.

Theorema I.

Partes animalium sunt vel contentæ, vel continentæ.



Orpus animatum vegetans quod est planta, proximè insequitur sentiens, quod est animal, de cuius varijs partibus è quibus constat, hac in disputatione w̄c c̄r tūπω sumus acturi, accuratam eaurundem considerationem ad scholam Medicorum reijcentes.

II. Ex verò initio dividuntur in contentas & continentæ. Ex quibus illæ alterius adminiculo indigent, à quo continantur, consistentiam haud firmam habentes: Ha vero contrà nullius indigent adminiculo à quo continantur, solidam habentes consistentiam.

Theorema II.

Partes contentæ sunt humor & spiritus.

I. Humor est pars liquida & fluida in corpore animalis contentæ, vita conservanda gratiâ. Humores præcipui sunt: sanguis, phlegma, flava bilis, & melancholia. Sanguis est humor calidus & humidus respondens aëri. Phlegma est humor frigidus & humidus, respondens aquæ. Flava bilis est humor calidus & siccus, respondens igni. Melancholia est humor frigidus & siccus, respondens terræ.

II. Spiritus est halitus calidus & humidus, purus & subtilis vita fundamentum. Estq; vel insitus vel influens. Ille est, qui

A 2 cum

cum semine corporis ingeneratur: Hic qui ex subtilissima sanguinis parte in sinistro cordis ventriculo generatur.

Theorema III.

Partes continentes vel sunt similares, vel dissimilares: seu quod idem est, homogeneæ & heterogeneæ.

Partes continentes similares seu homogeneæ sunt, que in ejusdem essentia particulas cum toto dividi possunt: Partes continentes dissimilares & heterogeneæ, que ex similaribus composta, diversa sunt essentia & nominis.

Theorema IV.

Partes similares sunt os, cartilago, ligamentum, membrana, nervus, arteria, vena, tendo, fibra, caro, cutis.

Os est pars similaris frigida, siccæ & dura, ex seminis crassiori parte genita, ut toti fundamentum præstet, ejusq; motui inserviat. Cartilago est pars osse mollior, flexilis, ex semine genita, ut partes alias defendat. Ligamentum est pars cartilagine mollior, ex seminis parte tenaci genita, ut articulos inter se connectat, ne dilabantur. Membrana est pars tenera ex semine genita, ut singulas alias partes tegat. Nervus est pars primum ex corde exorta, & deinceps ad cerebrum deducta, spiritum animalem ad sensum & motum deferens. Hic vero haud levis est inter Aristotelem & Galenum de origine ac principio nervorum concertatio. Ille enim cor eorum principium agnoscit: Hic cerebrum. Sed his hac facile componi potest, si modo distinguitur inter principium nervorum primum & secundum. Primum est cor, quia spiritus vitalis, qui ex cerebro per nervos derivatur, primam suam originem habet in corde: Secundum est cerebrum, unde nervorum in variis

varios ac diversos ramos fit propagatio. Breviter: Nervi sunt in corde (liceat nobis ita loqui) radicaliter: in cerebro propagativè. Arteria est pars oblonga, dupli crassaq; tunicâ constans, ex corde originem trahens, ut spirituosum sanguinem conservanda vita gratiâ reliquis partibus deferat. Vena est pars longa fistula instar excavata, sanguinem in singula corporis membra nutritionis gratiâ deferens. Tendo est pars musculi extrema, quæ motus gratiâ in articulum inseritur. Fibra est pars oblonga instar filamenti, ad promovendum operationes membrorum vitales genita. Caro est pars sanguinea, cum ad replendum cavitates membrorum intermedias, tum ad firmandum ipsa membra, genita. Cutis est pars totū corpus extrinsecus integens, & plurima vasa in se desinentia recipiens. Tantum de partibus similaribus: sequuntur dissimilares.

Theorema V.

Partes dissimilares sunt vel exteriōres,
vel interiōres.

Partes dissimilares exteriōres oculis expositae sunt. Interiores res cavitatis corporis continētur, & ab exterioribus cooperiuntur.

Theorema VI.

Partes dissimilares exteriōres sunt: Caput, truncus & artus.

I. Caput est corporis pars exterior summa, ad continentium ac munierendum cerebrum, & cetera q; sensuum organa, producta. Ejus partes sunt cranium & facies. Cranium alias calvaria dictum est pars capitis ossa & capillata. Facies est pars capitis cranio subjecta & usq; ad mentum exorrecta. Ejus partes sunt: frons, oculi, aures, nasus, gena & os. Frons est pars faciei à syncipite usq; ad palpebras directa. Oculi visus sunt organa. Aures auditus organa. Nasus odoratus organum. Genæ sunt partes faciei sub fronte in-

tra nasum & aures posita. Os est pars faciei infra nasum posita, in qua dentes, lingua, palatum & gurgilio consideranda veniunt. Dentes sunt ossa durissima nervis pradita, masticandis ac preparandis cibis à natura instituta. Lingua est pars carnosa & laxa, in medio oris infra palatum posita, gustatus & sermocinationis organum. Palatum est pars oris superior instar fornici modicè concava, & foraminibus pertusa. Gurgilio alias uvula est pars oris fungosa & oblonga in fine palati pendens.

II. Truncus est pars corporis exterior, capite & artubus desistuta. Ejus partes sunt thorax, venter & dorsum. Thorax est pars trunci anterior à collo usq; ad ossa coxendicis porrecta. Venter est pars trunci anterior à pectore usq; ad pubem protensa. Dorsum est pars trunci posterior, ab occipite usq; ad nates porrecta.

III. Artus sunt partes corporis exterieores ex trunco instar ramorum prominentes. Et sunt brachia & pedes. Brachia sunt artus ex utroq; latere, ab humeris propendentes, Eorum partes sunt lacertus, cubitus, & manus. Lacertus est pars brachij ab humero usq; ad cubitum porrecta. Cubitus est pars intermedia inter lacertum & manum. Manus est pars brachij infima, apprehensionis organum. Pedes sunt artus à natibus ad plantam usq; porrecti. Eorum partes sunt femur, crux, & pes parvus. Femur est pars pedis, à coxa usq; ad genu propendens. Crux est pars intermedia inter femur & pedem parvum. Pes parvus est pars pedi infima, ambulationis organum.

Theorema VII.

Partes dissimilares interiores continentur vel in infimo, vel in medio, vel in supremo ventre. In infimo continentur ventriculus, jejunum, intestina, vesica fellea, lien, renes, vesica urinaria, testes, matrix.

Ventri-

Ventriculus est pars membranosa & concava, Chylosis organum. Et obtinet duo orificia, superius & inferius. Necur est pars, venis, arterijs, & nervis, ita conformatum, ut sanguificationis organum esse queat. Intestina sunt partes concavae & oblongae, multis involucris implicate, ut cibum diutius in ijs contineri possit. Vesica fellea est pars membranosa, ex dextra jecoris parte propendens ad recipiendum & continendum flavam bilem. Lien est pars spongiosa atram bilem ex jecore attrahens. Renes sunt partes rotundae oblongae ex jecore per venas emulgentes serosum humor rem attrahentes. Vesica urinaria est pars concava membranacea urinam colligens. Testes sunt partes cavernosae & glandulosae, in quibus semen elaboratur & perficitur. Matrix est pars membranosa, concava inter vescam & rectum intestinum in feminis collocata, conceptionis ac generationis organum.

Theorema VIII.

In medio ventre continentur Cor & pulmo.

Cor est pars corporis principalis, omnis generis fibris, arterijs, venis, propriæ carne durâ, duobus ventriculis, totidemque auriculis ita conformatum, ut in elaborando spiritu & calore influente, totius animalis vita prospicere possit. Pulmo est pars mollis ac spongiosa, respirationis organum.

Theorema IX.

In supremo ventre continetur cerebrum.

Quod est pars medullaris, mollis & alba in cranij cavitate posita, sensus motusque organum. Ejus partes sunt duas: anterior & posterior, quarum illa respectu magnitudinis totius nomen sibi vendicat, & cerebrum dicitur: hac vero propter parvitatem cerebellum appellatur.

Theorema X.

Enumeratis hisce partibus constat animal, quod est vel irrationale, vel rationale.

Illud vocatur brutum: hoc homo. Brutum est animal animâ sentiente tantum præditum. Homo vero est animal præter sentientem, adhuc rationali præditum. Constat ergo animal partibus duabus essentialibus, corpore videlicet & animâ. De corpore jam actum fuit: anima per tractationem sequentes disputationes exhibebunt.

Corollaria.

I.

An primum principium nervorum & venarum sit cor? A.

II.

An cor inter partes animalis principatum obtineat? A.

III.

An pinguedo vi caloris generetur? A.

IV.

An forma sentiens sit forma specifica bruti? A.

V.

An brutis quicquam rationis competit? N.

VI.

An pisces respirent? N.


VII.

An homo realiter differat à corpore & anima conjunctim acceptis, ut vult Timplerus lib. 3. Phys. c. 1. q. 7. par. 3. N.

VIII.

An corpus humanum sit non animatum dicendum, ut vult itidem Timplerus lib. 3. Phys. c. 1. q. 26. par. 3. N.

42 26





306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corruptitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. Per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 104